

ut femina inter feminas, solatia doloris, & sub Altaris defensione vitæ securitatem haberet. Crimen quoque in se referre voluit, ut se sceleris auctore magnum aliquid fieret, scilicet ut pro pœnitentiæ fructibus aut illam vitam servaret, aut ambo simul iusti morerentur. Quæ voluntate quia martyrii coronam exponens erat adimpleret utique quod voluit, nisi eum prudenter Dominus Villius prohiberet.

Impia manus interea absconsa mulieri ferrum necemq; parans, armato milite Episcopales foras irruerunt. Evadunt & contumacibus Episcopum dicti, qui contra fas & legalia jura adufferam defendere vellet. Quod ille divini contemplationis otio vacans, ubi aure percipit, cum velut divisa noctis hora esset, dicto versu fregit silentia, & in quo clausus erat, exivit de templo. Deinde qui secum erant fratribus, paucis oscula libans, bene valete, inquit, & pro me misero ferre pia vota Christo.

28. Inde totus ardore martyrii flagrans, non tardiore desiderio & curru, quam qui fugit hostem, sponte venit in hostem, ac medium agmen intrepidus gressu incedens, si me quæritis inquit, præsto sum. Unus autem ex illis, cui cum bonis semper laeva voluntas erat, omnium ore talia respondit: Cassa spes martyrii te tenet, & nobilis gloria lethi. Erat pro certo hæc sanctitas, qui nostrum vult fieri peccatum; non implebitur tua voluntas, sed agitur aliquid quod plus dolet. Quia nisi hæc meretrix nobis citius reddatur, habemus fratres tuos, in quorum thoribus, prole, & prædij hoc malum ulciscamur. Hæc dum furens Sclavus contra Episcopum delatavit, ecce corruptus auro proditor adest, qui excerpens eos illam de agmine vocat, seq; itineris ducem præbens, domum in qua clausa erat, domusq; custodem manifestat. Custos vero tentus ab illis, nunc minis, amicis nunc asatibus, ut illam in manus eorum redderet, diu probatur. Ad ultimum mortis timore perterritus, non sic sibi creditam cruentis hostibus prodidit feminam. Rapitur illa infelix, frustra pressis altaribus, & sub manu conjugis capitalem ipsa est subire sententiam.

Evad